

rum reliquie: & in alia oppida transeant: prius q̄ uenenum hoc alios inficiat  
Durum forte hoc & acerbum alicui uideatur. Sed nunquid non uidetis ut  
pr̄terea heraclia continentia affixa: magnum aliqd periculum omnibus mi-  
netur: si forte desperatis rebus aliunde poscat auxilium. Maius hoc mihi ui-  
detur periculum q̄ illud damnum: Cauenda uobis o ciues. surgentis gallici  
imperii potentia. Periculum uidere uideor ne munimenta & qd illis super-  
est paludium iam fere constratum adequatumq; solo transcendat maximo  
cum periculo ciuitatum reliquarum. Quid etiam si quod de heraclia metui-  
mus Equilum pr̄uertat diuturnis fatigatum bellis? Remedium huic ma-  
lo reliquum nullum uideo: q̄ ut recipiant se se utriq; populi alias in insulas  
aut littora. Complures sunt summi dei munere optime constituta. Nulla  
est quæ locum illis ceteraq; comoda ad transmigrandum perlibenter non  
impertiat. Substitit primo ad horrendum nouumq; consilium concio. Tu  
obelerii amici & qui uerebātur Metamauceni: ne reserta nobilibus familiis  
ciuitas adhuc caput extolleret: & ad repetendam ducatus sedem respiraret:  
Equilanos facile in sententiam traxerunt. Ut igitur Equilani idem quoq; co-  
tendere ceperunt & uociferari malle per orbem uagari cum uxori bus liberis  
q; q̄ amplius tyrannidem perferre heracliane gentis. Tandem sententia per  
uicit. Quę censuit ambas ciuitates desolari: ne externus hostis eas ingredi  
ac munire posset. Paucis itaq; diebus id consecutum negotiū est. Eoq; celeri-  
us quo quotidie crescebat a Pipino rege merus. Nobiliores familię complu-  
res numero magna ex parte Metamaucum Riualtumq; translate. Earum  
adhuc extant uestigia ciuitatum: Ex quibus coniectare licet Qualia tunc:  
non illa tantum fuerint oppida. Sed alia quoq; uariis casibus extincta eoru-  
magnitudo apparet ex templorum ornatū: & naualibus & turrium altitu-  
dine: & amplitudine locorum ad omnem usum: ut mirum non sit si dirutis  
illis: Riualtus in hanc quam uidemus amplitudinem creuit. Nō defuere q̄  
scriptum reliquerint. Pipinum italicę regem eas urbes excidisse. Idq; etiam  
bifariam factum tradunt. Non nulli eo tempore quum in Metamaucum  
duxit: ut paulo post dicemus. Alii autem antefactum uolunt biscoi impetu  
a pipino illatum in uenetos. Nostra mihi magis placet historia. Nam qui  
scribunt euersa a Pipino: caroli patris iussu factum uolunt: & horatu for-  
tunati patriarchę. Omitto autem q̄ sit indignum credere principem tali uir-  
tute & grauitate: nulla prouocatum iniuria in populos bene de se meritos  
deseuissile usq; ad excidium. Violasse pr̄terea ab re icta cum Nicephoro fe-  
dera cōtra ius fasq;. Qui ea tātopere & appetiuisset: & in posteros ut inuio-  
lata transmitterentur curauisset: ut omnes scribunt: & nos paulo post doce-  
bimus: Ceterum fortunatus etiā causam odii quam habuerit in uenetos:  
non uideo ut patrię excidium queritaret. Ducum inimicorum exitium con-  
cupisse nō infiōr. Quid autem ad uenetos? Qui pēnas de fortunati inimi-